

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Prosperitas x cum fonte primo

Diuiciis et floribus et maiorum
nobilitate te iactas,

→

de patria et pulchritudine corporis et
honoribus que tibi ab hominibus
deferuntur
te exaltas.

←

Respice te ipsum: quia mortalis es et
quia terra es, et in terram ibis.

Circumspice eos qui ante te
similibus fulsere splendoribus. Vbi sunt
quos ambiebant ciuium potentatus?

Vbi insuperabiles oratores? Vbi
qui conuenientius festa disponebant?

Vbi equorum

splendidi nutritores? Vbi exercituum
duces? Vbi satrapae et tyranni?

Nonne omnia puluis? Nonne omnia
fauille? Nonne in paucis uersibus eorum
uite memoria est? Respice sepulcra et
uide quis seruus, quis dominus,

quis diues. Discerne, si potes, uinctum a
rege, fortem a debili, pulchrum a
deformi. Memor itaque
nature aliquando ne extollaris.

Memor autem eris, si te ipsum
respexeris.

Prosper in suis sententiis.

Diuitiis flores, et maiorum
nobilitate te iactas,

et exultas

de patria et pulchritudine corporis et
honoribus qui tibi ab hominibus
deferuntur.

Respice te ipsum, quia mortalis es, et
quia terra es, et in terram ibis.

Circumspice eos qui ante te
similibus splendoribus fulsere. Vbi sunt
quos ambiebant ciuium potentatus?

Vbi insuperabiles oratores? Vbi
qui conuentus disponebant et festa?

Vbi equorum

splendidi inuectores, exercituum
duces, satrapae, tyranni?

Non omnia puluis? Non omnia
fauille? Non in paucis uersibus eorum
uite memoria est? Respice sepulcra,
et uide quis seruus, quis dominus,

quis pauper,

quis diues. Discerne, si potes, uinctum a
rege, fortem a debili, pulchrum a
deformi. Memor itaque
naturae, non extollaris aliquando.

Memor autem eris, si te ipsum
respexeris.

Prosper Aquitanus, *Liber sententiarum*,
392 (CCSL 68A, M. Gastaldo ed.,
pp.364-5, ll.1-14).